**C**rimnon crassior est ex zea, triticoque farina, ex qua pultem faciunt. Abunde alit, sed agrè con ficitur. aluum vehementius adstringit, si zea, ex qua fit, prius torreatur.

Crimni confi.

**C**rimnum crassior zea, aut tritici farina extitit apud antiquos, quae ad pultem conficiendam utebantur: quaque loco panis diutius uicturunt, ut Plinius est auctor lib. XVII I. Kρινον id Graeci, quòd etiam Latini Crimnum, & Hispani Farina atocolada, aut Rolon uocant.

↑ Neque R uellium, neque communem, uulgatamque Graecam lectionem hic secuti sumus: sed Marcellum, qui probatissimi codicis testimonio non κατακρίνον, quòd facile conficiatur, sed, ακατίρανον quòd agrè concoquatur, legendum putat.

Όλυρα.

O L Y R A.

C A P. LXXXIII.

**E**dem zea generi t olyra adscribitur, sed minus aliquantò nutrit. In panes, vt zea, cogitur. Fit quoque ex olyra crassior farina, quam Graeci crimnon uocitant.

Z E A.



**O**lyram zea esse speciem, Dioscoridis testimonio, ambiguit nemo; tamen si hac aetate non seratur in Italia. Ideoq; Galenus istam Olyram pollere facultatibus ait, quibus & zea: is enim utranque inter triticum, & hordeum medium tenere temperamentum asseruit. Adducitur autem Marcellus, Dioscoridis interpres, ut ferè credat, Olyram à Secalo vulgò uocato, è quo rustici Apium cultores panem conficiunt, minimè differre. Quia in re Plinius aliqui sibi familiarem haud accuratè legisse videtur, cum non animaduertit, seorsim ac differenter scripsisse illum de Olyra & Secale, quod speciatim Farragineum appellat. Nam lib. 8. cap. 10. de olyra siue Arinca sic idem habet Plinius: Ex Arinca dulcissimus panis, ipsa spissior quam far, & maior spica, eadem & ponderosior. Rarò modius grani decem & septem libras implet. Exterius in Grecia difficultè, ob id iumentis dari ab Homero distat. Hæc est, quam olyram uocant. Eadem in Aegypto fertilis, facilisque. De Secale autem scribens libro xviii. cap. xv. Id autem inquit, quod Secale siue Farrago appellatur, occurrit tantum desiderat. Secale Taurini sub Alpibus Asiam uocant, deterrimum, & tantùm ad arcendam sanem uile. Facunda, sed gracili stipula, nigricia triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic Far, ut mitiget amaritudinem eius, & tamen sic quoque ingratisimum uentri est. Nascitur qualicumque solo. Hæc ille. Quibus non solum liquidò constare non ambigo, Secalam quidem ab Olyra differre, sed quòd nullum aliud sit granum, quam vulgare Siligo nostra. Siquidem hæc, præter id, quòd in Italia ad huc genuinum nomen retinet; ubi Secala ubique ferè appellatur, cæteris quoque notis Pliniano Secali coræ pondet. Est enim facunda stipula tritico graciliore, nigricans, tum ipsa, tum eius panis. quinetiam Rustici farris loco, tritici aut Mali tertiam partem

Olyra: cõfid.

partem

partem admixcent, ut panis amarorem amittat, qua seminum in ista Olyra minime indiget, cum dulcissimum per se conficiat panem. Ad hæc plurimum differre Olyram à Secala nostrate testatur gravissimus auctor Galenus libro 1. de alimentorum facultatibus, ubi sic habet, de Typha, Olyra, & Zea scribens: Typha semen extrinsecus corticem habet, veluti Olyra & Hordeum, veris decorticatur in panis congeritur. & paulò post inquit. Ex nobilissima autem Olyra cum vel decet, fuerit decorticata, nominatim Tragem conficiunt. id quod repetit libro de attenuante rictus ratione, sic inquit. Ceterum semen in Hordeum, Olyra, & Avena, est mundandum, & cortice spoliandum, idemque dicebat Plinius, qui in Græcia Olyra diffusiler ext erit. Si nondem Secala vulgaris nostræ decorticatione non indiget, quemadmodum nec Triticum, cum ipsa tritura tantum nuda est folliculo prodeat. Præterea ex colore quoque noscitur, Olyram non esse Secalam vocatam, ut in Galenus libro 1. de alimentorum facultatibus testatur bis verbis: Color in bordeis quidem & Olyris est albus, in triticis autem sub flauis; id quod nusquam a Secala usitur. In eodem versatur Otto Brunsefius, & Janus Cornarius, quorum sententis manifesto eas, qua diximus, refragantur. Præter id non possum non admirari Hermolaum, Manardum & Ruellium, alioqui doctissimos viros, quippe qui vno ore faciantur, quod tamen nusquam reperitur, Olyram Plinio Siliginem nuncupari, cum is non siliginem, sed Arvicam Olyram vocauerit, & speciatim de vtraque inquam de rebus iuricem discretissimum scriperit lib. xv. i. i. cap. v. i. i. ix. & x. Is enim pro siligine intelligit quoddam præstantissimum frumenti genus, è cuius saring selegiore parte veteres panem conficiant omnium præstantissimum, seu siliginemque. Pro Olyra autem aliam frugis speciem, è qua dulcis fiebat panis. Plinius autem verba sunt hæc: F siligine laudatissimum panis, pistinarumque verò laudatissima. Præcellis in Italia, si Campana Pisis nata miscatur. Rustior illa, ut Pisana candidior, ponderosior operò Cretacea. Iustum est è grano Campana, quæ vocant castrata, è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castrata, sextarios quinque. Præterea floris semodium, & cibarij, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, fursinus sextarios toridè, & Pisana autem siliginis sextarios panis, cætera paria sunt. Item eodem libro capite x. Similique, inquit, ex tritico fit laudatissima, ex Aprivico iustum est, è modis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc ævaria officina chartariè, vtuntur. Et capite xi. Panis summa laus, ait, Siliginis bonitate, & cribri tenuitate constat. Plinio quoque videtur subscribere Galenus libro primo de facultatibus alimentorum, capite de Tritico de panibus scribens, ubi sic habet: Et apud Romanos panis, ut etiam apud alios propemodum omnes, in quibus ipsi imperant, panis quidem purissimus cuiusvis id est Siliginis. Qui autem buis est proximus æquatur id est Semilacis nuncupatur. Verum omnia hæc panem Græcum nomen est, & antiquum. Zæius verò neque Græcum est, neque ipsam aliter possum exprimerè. Inter panes videntur Siliginis plurimum alimenti præstat, post ipsum autem Semilacis, tertio loco Me dius, qui & erit rariore & auro vici dicitur, quartum post hunc sordidiorum genus, in quibus furfuraceus est postremus. De olyra autem agens Olyrim sanè panes, inquit, si ex bona Olyra fiant, post triticeos saltem sunt præstantissimi, secundi autem ab his sunt Typhini. Quod si olyrimi ex vitioso semine sint facti, Typhini non erant eis inferiores. Hæc ille. Quibus sanè nul-<sup>30</sup> la dubitatione conuincitur, contra eorumdem doctissimorum virorum sententiam, Olyram non esse Siliginem, que quantum differat à Secala nostrate, non solum ex panis ipsius præstantia scire quis poterit, qui aliter sentiat, sed etiam ex eius historia apud Plinium libro decimo octauo, cap. decimo, ubi sic habet: Siligo nunquam maturefit pariter, nec vlla segetum minus dilatione patitur, propter teneritatem, quæ maturare, protinus granum dimittentibus, sed minus quam cætera frumenta stipula periculatur, quoniam semper rectam habet spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Hac ille. Quæ sanè euidenter admodum distinguunt secale v. l. g. & Siliginis antiquorum differentias. Sed mirum, quòd secuta à Romanis ætas adeo hoc præstantissimum semen neglexerit, non solum in Italia; ubi frequentissimum habebatur, sed in tota Europa, nusquam hoc exo reperitur. Secale vulgaris farina, quod glutinosa, emplasticeque fit, utiliter additur in emplastris pns momentibus. Seminis decoctum tinea ventris pellit, præsertim addito coriandri semine. Ideoque Atulomedici Secalam decoctam dare solent inuentis, qui tinea infestantur. Culmi aqua macerata vtilis stat festucanum v. i. bus, iuncti enim, aut ge-<sup>40</sup> niste uicem explent. Olyra Græcis Ὠλύρα. Siligo Latinis dicta, aliud apud alias nationes nomen non habet. Secala autem vulgaris, Latinis Secale sine farrago. Germanis Korn: Italis Segala: Hispanis centeno blanquo: Gallis Seigle blanche: Boem-  
nis Zito.

Nomina.

Athenæ. A T H E R A. CAP. LXXXV.

**A**thera ex zea fit tenuissime molita. Est autem forbitio, quasi liquida pulcicula, infantibus conueniens, & cataplasmatica efficax.

Athenæ cõf.

**C**um Diofcorides, satis superque declarauerit, quod sit Athera, necessarium quidem non duximus de ea plura scribere. Veruntamen illud ignorandum non est, quòd nonnulli auctores sent, qui Atheram etiam fieri afferant ex tritico, oly<sup>50</sup> ra, & amilo. Hæc Cernanus vltimo Mofa nuncupatur: vtunturque ea plurimum non modò infantulum lætentiùm la-  
bis, quemadmodum nos panem in aqua decoctis; sed & quotidianis mensis, quam ex farina, lacte, & butiro parant, vt ij quidem norunt, qui diu in Germania versati sunt. Quæ a vicijs Græcæ, Athera item Latine, & Italianè nominatur: Germanicè, Mous-  
Hispanicè, Papis.

Nomina.

Τραγος. T R A G O S. CAP. LXXXVI.

Tragi conf.

**T**ragos quandam halicæ frugis figuram gerit. Multò minus, quam zea nutrit, quòd multum accer-  
tis habeat, quare agricus conficitur, aluumque magis emollit.

Nomina.

**T**ragos, quem aliqui halicam, nonnulli verò far notis referre afferunt, hac ætate, quod ego sciam, non prouenit in Italia. Et quoniam in Plinio inquit lib. xv. i. i. ca. x. ex oriente peregrinus nobis inuictus erat, vnde nostro etiam aho in numero deseruatur plante mirum quidem non est, si, tam longo temporis tractu, relicto Italico cultu, in proprium redierit so-  
lum, ex quo primum ad nos aduehi cepit, ut in alijs quam plurimis euenisse conperimus. Nomen eius Græcum τραγος, Lat-  
inum quoq; Tragus. Arabicum, Sult: Germanicum, Hamelkorn: Gallicum, Duibl et targuet.

a Meū. *απερ  
απερ  
λε. i. ueluti lo-  
cufas bipede-  
des. Cat. d. xi.  
f. in d. i. e. l. a.  
i. locustulas  
bipedes.*

Βρώμος. A V E N A. CAP. LXXXVII.

**A**vena geniculata quædam habet folio, & stipula triticum imitatur, & in cacuminibus dependentes paruaules ueluti a locustas bipedes gerit, in quibus semen continetur, vnde ad cataplasmata, uti hordecum. Pulce huius aluus fistitur, prodest tussilentibus in forbitio succo.

Tametsi

**T** Amesi. Avena, vulgaris notitie seges, edita sit à natura in equorum potius, quàm hominum alimentum; in Germania tamen ab acerbis repurgata, & iure pinguium carniùm elixa, frequenter in cibis sanitur, quemadmodum in Hetruria far, & oryza. Quin & puliculam Germani ex ea parant eadem ratione, quam in Aethra paulò superius retulimus. Bromos, id est, Avena (ut Galenus memorie prodidit libro v. i. simplicium medicamentorum) unum est ex leguminibus: yერიem autem habet paulò frigidiorẽ. Nonnihil etiam adstrictionis obtinet, ut ventris profusio iuret. Et primo de alimentorum facultatibus: Hoc semen (inquit) in Asia per frequens est, & potissimum in Mylia, quo est supra Perganum; ubi & sane, & olyra uberrimus est proventus. tumenorum autem est alimentum, non hominum: nisi utique aliquando extrema sapa, aut mulsò. Ceterum Avena farina (ut Plinius adnotavit libro XXI. cap. xxv.) decocta in aceto usus tollit. Seges hæc, quæ ἄρουρα Græcè, Avena Latine vocatur: Arabicè, Cartamum, sive Churtal; Italicè, P'ena; Germanicè Habern; Hispanice, Avena, & auca; Gallicè, Avoync.

Avena cò sili

Avena facultas ex Gal.

Nomina.

A V E N A .



O R Y Z A

**O**ryza frugum generis est, in palustribus, riguisque nascens. Mediocriter alit: sed alutum sup-  
primit.

Oryzae facultas ex Gal.

**O**ryza folio exit arundinaceo, carnosio, porro haud ab simili. Culmum fert cubitalem, & saepe maiorem, geniculatum, & tritico crassorem, firmioremque, in cuius summitate spica prodit, in ramulos diuisa, in quibus semen vtrinque impari exortu prouenit, cortice subflauo, aspero, tenuibus quasi costis striato, oui figura, quod gluma expoliatum, candidum est. Prouenit copiosa in nonnullis Italicis locis, humectis tantum solo. Sed copiosissima in Asia, Syria, & Aegypto. In cibus Oryza admodum est familiaris, concoctaque facilius euadit, & ori gratior, ubi ex lacte bubulo, aut amygdalarum cremore, aut carniuum pingui iure decocta fuerit. Datur uti licet in cibus, dysentericis, colicis, & diarrhaea affectis, praesertim ubi prius torrefacta, in lacte, in quo igniti calculi fuerint extincli, decoquatur. Sunt, qui oryzam quoque dicunt genitale auge re semen, in bubulo lacte decoctam, additis saccharo, & cinnamomo. Oryza decoctam utiliter dysentericis insunditur, ac etiam potandum datur. Farina bellè quidem cataplasmatibus admiscetur repellentibus. Mammarum incipientes inflamma-

## SECALE.



*Vines arceet*. Huius meminit Galenus, qui lib. v 111. de simp. med. facultate, sic de ea paucis scribit. *Oryza* habet adstrietorum quippiam: quare mediocriter ventrem fistit. Et lib. 1. de alimentorum facultatibus: Semine hoc, inquit, omnes infistenda alno utuntur ipsum eodem modo, quo halicam decoquentes. Difficilius tamen quam halica conficitur, & minus alit, ceu utique & in edendi facultate ab ea quam plurimum deficit. *Vt* ορυζα Græcis, ita etiam Latinis oryza nominatur: Arabibus *Arz* seu *Arzi*: Italis, *Rizo*: Germanis, *Reisz*: Hispanis, *Atroz*: Gallis, *Ris*.

Nomina.

Κόσμος.

HALICA. CAP. LXXXIX.

**H**alica fit ex zea, quam dico con appellauimus. Plus alit quam oryza: alium a magis cohibet b sto macho longè vtilior. Decocta in aceto. illita que lepras tollit: vnguium scabritias extricat: incipientibus ægyptiis medetur. Decoctum dyfentericis, quos exeruat dolor, infusum, idoneum est.

a Magis, non leg. Orib.  
b Orib. *de machovilis*.

**H**alicam antiquitus parabant ex zea, cretam, & gypsum admiscentes. Huius rei auctor est Plinius lib. xv 111. cap. xi. sic inquit. Halica fit à zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pala lignea: nam lapidis

Halicæ cōfid.

O R Y Z A.





duritia conteritur. Nobiliss. ut notum est. pilo vinctorum penali opera. Primoris inest pyxis ferrea, exentiss inde tunica. Iteum islem armeniacum nudata conciditur medulla. Ita sunt halica tria genera, minimum, ac secundarium, grandissimum vero abperca appellat. Nondum habent candorem suum, quo praecellunt. Iam tamen Alexandriam praeservitur. Postea, mirum dictu, adstrictur certa, qua transit in corpus, coloreque, & teneritate offert. Invenitur haec inter Turecos, & Neapolim in colle Leucegoe appellato. Halica adtertima fit maxime in re, qua in Abbricia degenerat. Interiores eius spicae, nigrioresque, & brevis stipula, pinguent cum arena, & sic quoque difficulter detinetur vtriusque. Po- sicque gypsi pars quarta inspergitur, atque ut cohaerit, farinae cribro sulcerunt. haecenus Plinius. Ex quo non satis admirari possum, quod veteres & cretam, & gypsum in cibis simul cum Halica circa noxam effrastrant, cum propter dubio contemptum sit, gypsum in quoque assumptum adco spiritibus meatus obstruere, ut facile homines stranguant. Nisi forsitate dixerimus, quod quamcumque aliquid cretam, alij vero gypsum halica commiserent, ut candidior, & mollior traderet, ab lutionibus tamen prius cum expurgant, quam decoquendam traderent. Nanque & hoc tempore gingiberis radices fabrili rubrica inficiunt, ut illas a carie, & terredine vindicent: quae tamen & ablatur, & levatur. & cribro excutitur, cum in ciborum condimentis, vel medicamentorum miscturis ea expetuntur. Hoc enim mihi visus est inuisse Galenus lib. primo de alimentorum facultatibus, cum ait. Caterum diligentissime, dum ea halica elota forbitiones parantur, animadvertere oportet. Quippe cum Halicam ad forbitiones parandas elui praecipiat, id sane facere videtur, ut repurgetur a creta, & gypso, quibus inficitur. Quod autem in cibum non sumeretur Halica, qua ab ceni mangonio non esset purgata, ostendit idem Galenus loco nuper citato, cum inquit. Halica ex genere est triticea, quae valenter nutrit, succumque lentum habet, sicut in aqua duntaxat coctam cum melle, aut dulci vino, aut etiam adstringente sumas, sive ex oleo, saleque conditam. Qui autem per sanantem ob vebementem ventris mordicationem, sive a biliosis humoris copia, sive aliunde profectam, forbitione egent, his halicam effatim coctam, quoad terream flatulentem adepta colliquefacta, deinde conditam, & colatam, ut pilas a colato remori per similia sit, forbendam exhibeto. Haec Galenus, qui certè tot laudibus hac in re Halicam non commendasset, si creta, vel gypso admixtum assumptum esset in cibum. Fiebat antiquitus Halica non modò ex re, qua dicoccos dicitur, sed etiam ex tritico, & alijs frumentis, sicut ex Galeno, Paulo, Aetio, & alijs intelligi facile potest. Fit & hoc tempore in numeris Italiae, quantum eam non Halicam, sed Far falsò appellent. Nanque far ab halica longe diversum putamus. Quod autem Far a chondro, sive halica differat, sicque per se framenti, vel tritici proprium genus, antiquis Adorem vocatum, è quo Far ipsam paratur, id sane ex plurim probatissimorum auctorum scriptis aperte manifestè constat. Siquidem id primò declarat Plinius lib. xviii. cap. vii. sic inquit. Frumenti genera non eadem ubique, neque ubi eadem, sunt istem nominibus. Vulgarissimum far, quod Adorem veteres appellaverunt. Quin & eodem capite, ut forsate palam faceret, aliud esse ream, è qua fit halica; aliud vero far: Qui ream vident, inquit, non habet far. Item cap. v. i. eundem libri: Populum Romanam, ait, farre tantum è frumento trecentis annis vsu. Verrius tradidit. Quo tempore Romano nullum fuit halica vsus, ut ipse testa- tur Plinius libro xxi. i. cap. xxv. cum inquit. Halica res Romana est, & non pridem excoctata, neque arborum Pompei ma- gni astate in vsu fuisse. His accedit A. lepiadis, & Caleni auctoritas lib. v. ii. de compositione medicamentorum secundum locos in quodam elegmate ad cruenta sputa, ubi sic habet. Farris Clusini appellati sextarii dimidium, decocti marmubij uiridis sextarium vnum. Haec in vas vitreum coniecta per diem, & noctem macerari sinito. Sequenti die pharmacum molliu, quem a medicum halicam maceramus, haec Galenus. Quibus palam est a farre differre halicam. Galeno deinde sub- scribit Aetius lib. ix. cap. xi. v. b. i. e. Archigenè haec habet. Quod vero Latine in regionibus R. omnia vicinis far appellat, hoc modo paratur. Frumentum modico tempore aqua madefacito: indeque extrahit, ac in pileam coniecit, veluti pisanam, à cortice repurgato. Vbi uerò corticem exuerit tollito, atque in sole siccat: deinde manibus virgatis, donec peni- us à cortice fuerit mundatum, crassissimè molito, ita vt granum vnum in quatuor, aut quinque partes redigatur, & siccam afferat. Vbi autem tempore halica modo coquatur, & à sanis in cibo sumitur. Pro ægris vero vti apparet, & epi- thematis quoque admiscetur. Quidam ricas frumentis adhuc uirides tollunt, ex ipsisque far cinerant, quo modo & sua- nius, & incundus redditur. haecenus Aetius. Ex cuius, & supradictorum testimonio, illud plane non mihi patere arbitror, quòd far ab halica diffideat, qua de re etiam plura, dante Deo, dicemus in epistolis nostris. Quod Græcis ῥίχινος, Latini pari- ter, & Italici Halica nuncupantur. Arabibus, Chandaros.

Halice uires ex Gal.

Farris, & halice differetia

Nomina.

Κίχινος.

M I L I V M.

C A P. X C.

Milium in panes coactum, minus ceteris frugibus alit: sicut pulte sua aluum, urinam cit. Torret milium, feruensque in sacco ponitur, vt torminibus reliquisque doloribus, si foueatur, au- xilio sit.

Milij uires ex Gal.

Milium, folia profert arundinacea, panico aequalia, calamen cubitate, crassum, geniculatum, lanuginosumque, radi- cem multiplicem, ac duram, paniculis diuisis è cacumine dependens. In quibus copiosum oritur granum, rotundum, solidum, subflauum, tenui tunica vestitum. Eius panis dum recens est, & arte quadam pistoria rectè paratur, vt P. rones fit, & ita calidus, vt ex furno excipitur, deuoratus, sua quadam dulcedine placet, & à pluribus appetitur. Quare non desunt, qui ipsum calidum per plateas circumferant, clemantes, Pan di miglio caldo, caldo. A cum obduruit, ingratus sanè est. Syliani, qui carbones, & arbores fecant in Tridentino agr. sola pulve Milicea, quam vulgo appellant Polera, se alunt, eam cum lacte edentes, nec alio dicunt se posse alimento perdurare. Quare anno toto hoc tantum alimento viuunt, & fonta nam aquam potant. Milium fontem est optimum ad siccandum circa morsum, & ad flatu repellendum, praesertim ubi cum sale admixtum fuerit. Siquidem rectè ad tormina adhibetur, qua à flatu excitantur, quin etiam praesentius est aditus eham mali floribus. Medicamenta, qua in milij acrio sepeliuntur, diutius à carie, & putredine praeseruantur, immo, & ipsæ carnes recentes milio glatte sepulte, pluribus diebus à putredine vindicantur. Milium, vt lib. vii. simp. med. proddi Gale- nus, primo ordine refrigerat, excicat uerò tertio exvolutu, aut certè secundo intenso. paulum etiam habet tenuitatis. Ex hac tum consistentia, tum temperatura inslar quidem edulsi carnes, planè inter omnia frumentacea edulia minimum confert nutrimenti, sed & ventrem defecat. Porro foris impostum in saculis idoneum est fomentum is, quo circa morsum exci- cari postulant: & cataplasmatibus modo illitum excicare potest, at tamen admodum friabile est, prouide difficultis est eius in cataplasmatibus vsus. Quibus omnibus ea prorpsus adspulantur, qua idem de Milio tradida libro primo de alimentorum facultatibus, cum inquit. Milio item in pane nonnumquam utuntur, vt gente frugum penuria. Tamen enim ex eo exigui est alimentis, & refrigerans. Constat insuper praeridum, & inslar arenam, aut cineres friabilem esse: nihil enim ex eo habet pinguitudinis, & lentoris. Iure ergo alium humentem defecat. Agricole huius farina cocta, admisso adipe suillo, & oleo reuicuntur.

Κίχινος.




Fig. 264. *Eracé*, Milium Latine dicitur. Arabicè, *Ieweres*, *Geguers*, siue *Giaures*, Italicè, *Milio*; Germanicè, *Hirsz*; Hispanicè, *Nomina*.  
 Milbo, & *miyo*; Gallicè, *Millet*.

Εχυρο.


PANICVM.

CAP. XCI.

**P**anicum a frumentaceis seminibus annumeratur, milio simile, paniculis in panes subigitur. Eisdem habet usus; minus tamen & nutrit, & stringit.

**P**anicum folio, radice, culmo, milio est per omnia simile, paniculis autem differt. Siquidem in Panicis pedali longitudine panicula provenit, ad terram versa, non ut in milio diuisa, sed prædensis compacta racemis, granis numerosis, hirsutisque. Est & aliud genus, quod mammosas ferè paniculas gerat, & pene semina racematim proferat, copiosiore proveniunt. Color paniculis uariis, nanteque in quibusdam candidat, in alijs rufescit, in pluribus verò flavescit. Repertur & sine fructu, sed cibus inutile, & tantum aliculis alendis idoneum. Hoc satiuo longe minus, gracili admodum stipula, orbitali longitudine, aut maiori, folijs angustioribus, brevioribus, asperisque, paniculis in cacumine hirsutis, & subtybentibus; adeo, ut pertinaciter

a Mili lo  
 vnt masidau  
 καλῶσι, cam  
 aliqui Meli  
 ne appellant.  
 Panicis uites  
 ex Gal.



Rucl. lapfus.

Melicē cōfid.

ter uestibus inhæreant, sed panicò ualde minoribus. *P*is illi panicò similis, sed longè magis adstringit, ac refrigerat. ut scriptum reliquit Galenus lib. v. i. simplicium medicamentorum, ex leguminum genere est, milio specie simile, facultate ceterè panicò nutriti, & exicatoria. Siftit quoque nonnihil uentris fluxus, ceu ipsam etiam milium. Si uerò foris illinatur, exicat, atque refrigerat. hæc Galenus. Cæterum scribit Ruellius secundo de natura stirpium volumine, Panicum in Italia Melicam appellari. Qua in re aperte hallucinatur: namque melica, que apud Insulbes vulgò Melega nominatur, illud genus frugis est, quam nostrum vulgus in Hetruria Saggina uocat. Alij uero in Italia populi Sörgo appellant. Nec usquam, quod sciam, in Italia panicum melica uocatur. *MELICA* autem (ut utar hoc nomine) frugis est genus ita forma, quàm proceritate arundinem referens, adeò ut campi, in quibus ad maturitatem usque adoleuerit, arundineta representare uideantur. Eius tamen calamus non ut vulgarium arundinum, inanis est, sed sacchariferarum arundinum modo, alba siccus medulla. Panicula quas ad Cybelis pomoron magnitudinem summis proferunt culmis, quædam eadem maturitatem exierint, in nigro ruscunt: quædam uerò nigredinem in uicissim contrahunt, granis compluribus ornata. Deperitur granum à rusticis, moliturque in farinam, & inde in agrestem cogitur panem: est in Hetruria potius ad colombarum, gallinarum que seratur saginam, quàm ad hominum alimentum. Hoc Plinio libro xv. i. i. cap. v. i. i. milium est Indicum, quod tamen non animaduertit Ruellius aliquò maximè Plinij sectator. Plinius enim sic habet. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuenitum

## PANICVM SYLVESTRE.



insectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineū culmo. Adolefcit ad pedes altitudines septem, pro grandibus culmis lo-  
 bas vocant, omnium frugum fertilissimum. Est & aliud Mily Indici genus, quod primum mihi Patazio missum est, à Iacobo  
 Antonio Cortijo, Nobili Pataiino, & reipiantaris studiosissimo. Verum hoc altero longè nobilius, praestantiusque habe-  
 tur, nam glutinam facillè exiit, & minorem: pulchrioremq; conficit panem. Idem culmo, folijs paniculisq; alteri simile  
 habetur. Sed hæc omnia in Boemia minoræ proveniunt, aeris fortasse inclementia. Fit è mily Indici communis arundiniam  
 medulla medicamentum ad Stronæ valde utile, hoc modo: Sumuntur huiusce mily internodia decem, extrahuntq; inde uni-  
 versâ medulla; huic spongia noua integra, rubensq; additur, & igni simul comburuntur. Deinde in puluerem teruntur, addi-  
 tis piperis nigri granis duodecim. Pulueri admiscetur triticea farina uncia, & postea exceptis omnibus ouo recenti, inde pla-  
 centula conficitur, & sub feruētibus cineribus coquitur. Demum in sex partes dividitur, & Luna decrescente, pars una alter-  
 nis diebus vesperi, strumoso dormitum inro propinatur, nullo addito potu; siq; ita, quousque affectus senas illat uoraciter  
 particulas. Deinde altera, & tertia luna, idem repetitur. Hoc medicamento plures curati sunt. Flores, qui è rubris Mily In-  
 dici paniculis excutuntur, drachmæ pondere ex rubro uino hausti, rubrae faminarum profusua solum, quemadmodum ex al-  
 bis paniculis accepti albos quoque uteri fluores exhibent. Datur pari inuamento etiam è yfenericis, & ceteris alii fluxioni-  
 bus affectis. Idem præstat granorum putamen, oui uitello probè decocto exceptum. Et à iunimillicò deuoratum. Quod id uos  
 Græcis panicum Latinis appellatur. Arabibus, Dochon: Italis, Panicò: Germanis, Tfenich: Heydelsfench pray, Fuchsfen-  
 uantz: Hispanis, Panizo, & Paniso: Gallis, Paniz.

Nomina.



Sesam. var.

SESAMVM.

CAP. XCII.

**S**esamum stomacho inutilis cibus, halitus grauitatem facit, quoties inter madendum, commiffuris dentium inhæsit: neruorum crassitiem illitu discutit: medetur auribus fractis, ambustis, inflammationibus, coli doloribus, & cerastæ morfibus: capitis dolores, qui æstuatione cõciantur, ex rosaceo lenit. Eadem efficit herba decocta in uno: præsertim inflammationibus oculorum, doloribusque prodest. Ex ea fit oleum, quo Aegyptij utuntur.

Sesami cõfid.

**T**amest Sesami semen, à quo copiosum exprimitur oleum, officinis notissimum sit: pauci tamen reperiuntur seplastarij, qui Sesami plantas uiderint unquam, cum nullum, uel rarissimum, quod agros steriles reddat, feratur in Italia. Siquidem quod in Myropolis habetur, ex Græcia, & Peloponneso ad nos conuehitur. Prouenit (ut Theophrastus est auctor) cas-Sesamum, teste Plinio, ab Indis primum aduectum est. Ibi enim copiosissimum seritur, cum oleum inde maximo prouentu conficiant, non modò ad lucernarum usum: sed ad ciborum condimentum, quemadmodum nos ex oliuis. Non temerè scripsisse uidetur Ruellius, nihil ita, ut Sesamum, emacrare solum, & ipote cui crassior, & multiplicior arundo sit, quàm mi-lio, &



lo, & radix quoque numerosior. Siquidem id legitur Theophrasto prodrum esse lib. VIII. cap. IX. de plantarum historia, ubi sic inquit. Omnium, quae a filius sementibus ager recipit, Sesama terra molestissima esse, plurimumque posse extenuare putatur, utpote quae multipliciori crassioris, calamo, & numerosiore constet radice, quam milium. haenus Theophrastus. Ceterum, Plantam, quam hic pro Sesamo excudi curauimus, misit ad me Pifis Lucas Glinus praestantissimus plantarum indagator. At si uerum fateri debeam, non ausim ego affirmare hanc genuinum esse sesamum, quod in primis culmum non gerat milio crassorem, altiorem, numerosioremque, nec radices longe plures, sed scapam fabae emulum, in quo fabarum more siliqua gradatione exeunt triquetrae, aut quadriquetrae, in quibus semen. Deinde quod eius folia non rubeant, nec flos herbaceo sit colore. Dixi sententiam meam. Videant nunc alij, an haec planta pro legitimo sesamo sint recipienda. Ceterum duas diuersas imagines pro Sesamo exhibuimus, quod varia quoque sit hoc tempore herbariorum de eo sententia: alij enim hanc plantam, illam alij pro legitimo Sesamo demonstrant. Mihi quidem (vi ingenue fatear) neutra placet, quod utraque historia refragetur, quam de Sesamo Theophrastus & Plinius tradiderunt. Has tamen plantas hic depingi curauimus, ea saltem ratione, ut illud lectores admonerem, quod ea, meo iudicio, notis ueri sesami non respondeant: quodque in manifesto errore uersentur, qui seculi opinantur. Sesami meminit Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum, ita scribens. Sesanon non parum in se continet uiscosum, & pingue: quare emplasticum est, & emolliens, ac modicè calidum. Eiusdem facultatis est, quod ex eo conficitur oleum: & herba quoque decoctum similem vim obtinet. Et libro primo de alimentorum

Sesami uires  
ex C<sup>1</sup>

mentorum facultatibus: Sesami semen, inquit, pingue est, ideoque repostum celerim fit oleum: quomobrem & eos qui ipso vescuntur, celeriter implet, & stomachum subvertit, tarde concoquitur, & pingue corpori præbet alimentum. Li-  
quet ergo quod ventris partibus uigorem, ac robur addere nequit, quemadmodum neque aliud quoduis pingue. Est autem  
crassus succi, ideoque non celeriter permeat. *Σεσάμιον* Græci, pariter & Latini *Sesamum* dicunt: Arabes, *Scemem*, aut *Sen-  
sera*: Itali, *Sesamo*: Hispani, *Torgilim*, & *Alegria*: Galli, *Legioline*.

Nomina.


A. 1. p. 2.

L O L I V M.

CAP. XCIII.

**L** Olum, quod inter fegetes nascitur, molitum, nomas, putrescentia vicra, gangrana sique compe-  
scit cum raphanis, & sale illitum: & ex aceto, & sulphure uiuo seros lichenas, & lepras sanat: stru-  
mas quoque discutit, cum fimo columbino, & lini semine decoctum in uino: rumpit, quæ agrius ad  
coditionem perducuntur. Decoctum ex aqua mulsâ utilissimè ischiadicis illinitur: si cum polenta, thu-  
re, myrrha, aut croco suffiatur, con cep tionem adiuuat.

L O L I V M.







**F**œni Græci farina vim habet emolliendi, discutiendiq̃: in aqua mulsa decocta aduersus tam internas, quàm externas inflammationes, efficaciter illinitur: lienem cum aceto, & nitro trita extenuat. Succus decocti eius foeminarum malis subuenit: & siue tumor, siue præclusio sit vuluæ, fouentur, & insident. Fœni græci in aqua decocti cremor expressus, capillos, surfures, & manantia capitis vlcera purgat: locos dilatat, & emollit, si cum anserino adipe pessi uice subijciatur. Viride cum aceto utilissimum, imbecillibus locis, & ulcera lententibus. D decoctum eius prodest aduersus tenebras, foetidamq; dyfentericorum proluuiem. Oleum, quod ex eo exprimitur & myrto, capillos, & genitalium cicatrices absterget.

Fœni Græci  
vires ex Gal.

**F**œni Græci semen profert planta trifolio similis. folia habet per ambitum serrata, caules exiles, complures ab una radice prodesmtes: Flores candidos, paruos, è quibus cornicola prodeunt incurua, acuminataq̃, in quibus semen concluditur subfuluum, pingue, odore graui. Radice nititur multiplici atque tenui. Seritur Februario, & Martio. Siccæ feminis farina, cum sulphure, & nitro lentigines delet. Medetur ulcerosa scabiei, si cum quarta parte feminis nastur-

FOENOGRAECVM.



ij, excipiatur aceto, & subinde illinatur. Eadem in hydromelite decocta, addita axungia, auxiliatur genitalium tumo-  
ribus: quin etiam parotidas iunat, ebragræm, podagram, & articularum luxationes. Ex uino subacta carcinomata  
purgat. Datur utiliter potandum fenogræci decoctum diuturna tussi laborantibus, & ubi pelius fuerit exulceratum.  
Seminis decoctum, madefactis in eo linteolis, & fronti adhibitis, oculorum fluxiones auerit. Huius meminit Galenus li-  
bro VII simplicium medicamentorum, sic inquit: Fenum Græcum calidum est secundi ordinis, defecet primo: proin-  
de feruentes phlegmonas irritat, acerbatque. que verò minus sunt calide, & magis dura, eas digerendo curat. Fides, &  
Cōnes id Græce dicitur, quòd Latine Fenum græcum: Arabicè, Olba, Helbe, seu Hebbe: Italicè, Fien græco: Germani-  
cè, Fenigrec, & Bocksborn: Hispanicè, Alfonso & Albolua: Gallicè, Fenigrec, & Senegrec.

Nomina.

40


Ai. v.

L I N V M.

C A P. XCVI.

**L**inum vulgò notum est. cuius semen eadem, quas fenum græcum, vires habet. Discutit, & emol-  
lit omnem intus, forisq; inflammationem, cum melle, oleo, exiguaque aqua decoctum, aut  
melle cocto exceptum: vitia cutis in facie, varosque crudum tollit: illitum cum nitro, & siculneo ci-  
nere, parotidas, duritiasque discutit: vlcera, quæ serpunt, fauosque cum vino decoctum expurgat:

L I N V M.



Aa 4 vngues

vngues scabros eximit, cum pari modo nascuntur, & mellis vitia pectoris extrahit, si ex melle in ec-  
legmatis uicem substituat: tussim lenit: uenrem stimulat, si farina piperis, & melle exceptum, pro  
placenta largius adsumatur. Huius decoctum in terencorum, vulnæque erofionibus immittitur, alii  
excrementa cuocat, ad vulnæ inflammationes in deflectionibus perquam vtile.

Olei ex lini  
femine vitæ.

**C**um Linum, & eius semen sint non modò medicis omnibus; sed etiam cæcis, & præsertim agricolis, vulgè notissima,  
superuacaneum quidem foret, pluribus eorum historiam persequi: est semen vtilis, & vires minime silentio sint præte-  
rendæ. Exprimitur ex semine oleum, quod non solum medicis, & seplasticis expetitur; sed etiam pictoribus, lapicidis, ligna-  
rijs, cémentarijs, ac ferrarijs fabris. Præstat & ad lucernarum usum, quod diuini ignis resistat, quoniam quod ex oleis ex-  
primitur. In medico autem vsu nervorum conuulsionibus peridoneum est. Quinetiam ad eorum emolliendâ: duritiâ, & ad  
ossium compagine explicanda mirifice prodest. Perutile est omnibus sedis affectibus, nempe hæmorrhoidibus, condyloma-  
tibus, rimis, ac doloribus; seminarum induratos locos mollit. Nymphææ, aut rosarum stillatitia aqua ablutum, ambustis au-  
xiliatur. Sunt & qui hoc bibendum magno successu vs exhibeant, qui laterali dolore vexantur. verum reuens sit oportet:  
quandoquidem inueteratum, contraçto rancore non modò exalfacit, plusquam par sit: se d' & nauicam commouet. Cere-  
tium quoniam (ut Plinius inquit libro XIX. capite primo) XYLON, siue Gossipium, quod nos vulgari sermone Bambagia,

Xyli mentio,  
& vires.

XYLON, SIVE GOSSIPIVM.

